



Mikrotaktung

Planung von Lektüreeinheiten

Jesper

Beispiel aus der Prosa (Caesar: Bellum Gallicum I 7)

Caesari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit. Provinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat (erat omnino in Gallia ulteriore legio una), pontem, qui erat ad Genavam, iubet rescindi. Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare ut eius voluntate id sibi facere liceat. Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciendi, temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. Tamen, ut spatium intercedere posset dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: si quid vellent, ad Id. April. revertentur.

161 Wörter

Prinzip I: Progression

Es muss beim Lesen vorangehen. Ein möglichst hoher Textumsatz trainiert das Sprachvermögen und legt die Basis für das Interpretieren.



Innerhalb einer Unterrichtswoche (mit 3 Unterrichtsstunden und 3 Hausaufgaben) sollten in der Regel mindestens **160 Wörter** in der Prosa und mindestens **130 Wörter** in der Poesie übersetzt werden.



Prinzip II: Kontemplation

Das Interpretieren nimmt in der Lektürephase einen wichtigen Platz ein und beansprucht Zeit. (Die Grammatik- und die Wortschatzarbeit dürfen nicht vernachlässigt werden.)

Beispiel aus der Poesie (Ovid: Metamorphosen I 504-520)

„Nympha, precor, Penei, mane! Non insequor hostis;
Nympha, mane! Sic agna lupum, sic cerva leonem,
sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae,
Hostes quaeque suos: Amor est mihi causa sequendi!
Me miserum! Ne prona cadas indignave laedi
Crura notent sentes et sim tibi causa doloris!
Aspera, qua properas, loca sunt: Moderatus, oro,
curre fugamque inhibe, moderatius insequar ipse.
Cui placeas, inquire tamen: Non incola montis,
non ego sum pastor, non hic armenta gregesque
horridus observo. Nescis, temeraria, nescis,
quem fugias, ideoque fugis: Mihi Delphica tellus
et Claros et Tenedos Patareaque regia servit;
Iuppiter est genitor; per me, quod eritque fuitque
estque, patet; per me concordant carmina nervis.
Certa quidem nostra est, nostra tamen una sagitta
certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit! ...“

129 Wörter